



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXIII. An Christi ad inferos damnatio sit nostra ab inferis Redemptio?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

deratur adhuc categoricum responsum ad quæstionem nostram: illud ecce tibi. Quæris: Qui, quot Calvinistæ saluantur per Christi Redemtionem? Ecce tibi

III. CALVINVS in 2. Pet. c. 1. v. 2. Neque omnes, scil. Calviniani, sed ex toto Corpo-re vix paucissimi. Vix enim decimum quemq; reperies, qui alio fine Evangelio nomen dederit scilicet Calviniano, quam ut solutus in omnē lasciuiam diffimeret.

AUTOR. Sed accubi ante Caluinista talis lesta fidelium delituit Ecclesia?

Apertè respondet Sadeel contra theses Posnanienses de Ecclesia. cap. 8. Istorum in deserto (fortè montis Calpii situ clauso) delitescentium, ab annis mille trecentis, nec fructus nec folia extiterunt.

O maledictam ficalneam, vt quid terram occupat?

Et tamen hisce pauculis Calvinistis, felicet, vt Christus acquireret Non veram aliquam ac realem Remissionem; sed Non imputationem duntaxat peccatorum; (Quibus tamen necessariò inquianter, vt quæ nullo modo deuitare possint; sed in iis altissimè demersi perpetuò immorantur, ac immoriuntur) eam, inquam, ob causam Christus neesse habuit sustinere immentos, non in Corpore solum cruciatus; sed in Anima quoque cum damnavi & perditæ hominis supplicia perferræ oportuit: Quæ multis suprà sunt testimoniis Calvini & assclarum stabilita. Dira Redemtio!

IV. CALVINISTÆ. Tam operosa est in iis, efficaxque ea Non imputatio; vt per illam ipsis FIDES SPECIALIS conferatur, à qua excidere nunquam possunt.

1. Ita CONFESSO GENEVENSIS cap. 4. §. 20. Fides à perseverantia dono nunquam

diuelli posset. Qui vel semel totâ vitâ senseris vera fidei testimonium, de ea securus esse dabit, non permanente tantum, sed etiam permane-sura.

2. ZANCHIVS in Miscellaneis: Aliter qui docet; totius Euangelij scopum euertit.

3. BEZA in Confess. pag. 17. Contraria sententia monstrum est.

4. Idem in Colloq. Mompelgart. Que Fides, vt de sua eos electione reddit certissimos; ita, etiam si in peccata contra conscientiæ o-mnia sceleris flagitiosissima se per omnem vitam ingurgitent; de aeterna beatitudine tamen secu-rissimos præstat. Ideò, Apoc. 3. Dicis, quia diues sum, & nullus ego: Et NESCIS quia-tum inferes. &c.

AUTOR. Ita quidem Calvinistæ prædicarunt, ac prædicant: sed veræ notæ conditionesque Ministerii prædicationis eos deserunt; de quibus Marc. 16.

1. Quid non Virtue: 2. Nec Domino cooperante: 3. Nec Sermonē confirmante: 4. Neque Sequentibus signis ad il-lum.

Quin potius ista subsecuta est desola-tio & abominatione, qualem prædictit Do-minus in Templi euastatione futuram; Luc. 21. Multi Luthero calvinistæ &c. venient in nomine meo, & dicent: 1. Ego sum: Nolite sequi illos. 2. Audietis prælia & seditiones; nolite timere: 3. Surget gens contra gentem, & regnum contra re-gnum. 4. Erunt terrmotus, pestilentie, famæ, terroresque de celo, & signa magna. Veræ hæc notæ & signa hodiernæ sunt perfidiæ hereticæ, orbem imperium que infestantis.

#### Q V A E S T I O L X I I I .

An Christi ad inferos damnatio sit no-stra ab inferis liberatio?

CALVINVS quidem huic inferni pœnae nostram ferè totam Redemtionem ad-

N 2. Scribit,



scribit, ad. o. vt sine descensu cruciatuque Christi tali mors in cruce nullius fuisset pretia aut valoris. Ita Instit. lib. 2. c. 16. §. 10.  
NIHIL Autem erat, si corporea tantum morte defunctus fuisset Christus. Sed opere simul pretium erat, ut diuina rationis severitatem sentiret. Plura superius vbi de descensu tractavimus, quest. 52.

**A V T O R.** I. Atqui S. Scripturæ, ait Bell. l. 4. de Christo c. 8. totam salutem nostram tribuunt Sanguini, Mortique corporali Christi: & post mortem nihil agnoscunt vltioris poenæ. Ecce Phil. 2. *Fa<sup>c</sup>tus obediens usque ad mortem.* Quid postea? PROPTER quod Deus exaltavit illum. Luc. 24. *Nonne oportuit Christum pati?* Quousque, & quid deinde? Et sic intrare in gloriam suam?

Ecce nunc de Sanguine. Eph. 1. In quo habemus Redemtionem per Sanguinem eius. Coloss. 1. Pacificans per Sanguinem crucis eius, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt. Hebr. 9. Per proprium Sanguinem introiuit semel in Sancta, aeterna Redemtione inuenta. &c. Quare totum actum peratumque fuit in cruce; vt post mortem sola cum maneret gloria resurrectionis: post quam Christus iam non moritur, nec patitur.

2. Neque illus Scripturæ locus, non dico sufficiens; sed nec probabilis afferri potest pro inferni doloribus ab Christo, exanclatis? quin nec gustatis. Vnde S. Cyrillus Catechesi 14. *Exterrita est Mors, videns nouum quendam descendit in infernum, vinculis, quæ illic sunt, non ligatum.* Ambr. lib. de mysterio Patchæ, cap. 4. *Vincit as peccato animas, Morsis dominatione destructa, à diaboli faucibus reuocauis ad vitam: atque ita diuinus triumphus aeternis characteribus est conscriptus.* Quam

ista procul ab Caluini abhorrent blasphemia? Sed eaclarius elucidabit quæstio de Mediatoris officio.

#### Q V A E S T I O L X I V.

An Christus secundum solam Humanitatem sit Mediator?

**F**RANC. STANCARVS Lutheranus, soli humanae naturæ Christi tribuit Mediatoris officium & datus. Qui est Nestorianismus, duas in Christo Personas distinctas constituens: Communisque est Dux-ro-calvinistis error; Ut suprà liquet q. 22.

1. Quoad Mediatorem tamen quidam Lutherani Calvinistæ omnes ab Stancarus lectionem faciunt. Ita vero Stancarus lib. de Trinit. & Mediat. ait *Dignitatem precium Christi non fuisse à solo Filio, sed à tria Trinitate sic ordinante & acceptante.* Item ibidem dicit: *Humana in Christo natura est Mediatrix pacis &c.* Nihil tribuit diuinæ hypostasi, cui unum omnia redēctionis opera sunt tribuēta principales, non tamen Formaliter: Idem lib. de officio Mediatoris. *Sacerdos & Sacrificium est homo Christus; non Deus Christus.* Infra explicat: *Ratione spiritu, Christus est Sacerdos; ratione Corporis & Animæ, Victimæ.*

2. Fundamentum erroris aperient Frid. Stephanus lib. de Concordia discipulorum Lutheri, & Lindanus in Dialogo 2. Dubitantii: Christum assertum esse iustificatorem secundum solam Humanitatem; Quia fungunt non formaliter iustificari per Christi iustitiam, imputatam nobis, ac obedientiam; quæ Hominis Christi est solius.

**A V T O R.** I. Isti voce Personam in Christo ponunt ynam; at re ipsa duas cum Nestorianis.

1. Nam si natura humana sola perteget opera ea satisfactoria; igitur per se existebat, distincta ab diuino Supposito. *Agere enim Suppositorum est.*

2. S. Scriptura Deo tribuit Mediatoris opera. Act. 20. *Ecclesiam acquisivit Sanguine suo.* 1. Cor. 2. *Dominus gloria crucifixus dicitur.*

3. Mediatorem agere, est Medium esse Deum inter & hominem. Sed Is nec Deus est solus in Christo, nec Homo solus: ergo uterque simul; Deus ut principium

